

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dialogorum sacrorum Libri Quatuor**

**Châteillon, Sébastien**

**Basileae, 1565**

Susanna

**urn:nbn:de:bsz:31-102436**

192 DIALOG. SACRORVM  
dignus est. Vel femina manu potest Deus ho-  
stes suos ulcisci. Cæso duce, facile uincuntur  
milites.

SUSANNA. Daniel. 13.

ARGUMENTVM.

Susanna à duobus Senatoribus (quia ipso-  
rum libidini obsequi recusasset) accusata ad-  
ulterij, ad supplicium damnata ducitur. Sed  
diuinitus superuenit Daniel, qui interroga-  
tionis prudentia Senatorum calumniam pa-  
lâm facit: atq; ita in ipsorum caput supplicium  
conuertit.

Duo senatores, Concio, Susanna,  
Daniel, puer.

**A**Vdite uniuersa Iudeorum concio, quam ob-  
re in uestrum iudicium adducta sit hæc  
Ioacimi uxor Susanna. Heri cum nos duo iudices  
in hortis eius mariti soli deambularem, hæc cum  
duabus pedissequis ingressa est. quas ubi foras a-  
mandauit, hortorumq; ianuam obserauit, uenit ad  
eam quidam iuuenis, qui tum in occulto latebat,  
& cum ea concubuit. Nos, qui in hortorum an-  
gulo eramus, animaduerso tanto flagitio, accurri-  
mus, & eos uidimus quidem coeuntes, sed illum  
comprehendere nequiuimus. Nam cum esset ualen-  
tior quam nos, aperta ianua exiit. Tantum hanc  
prehensam rogabamus, quis esset ille iuuenis: sed  
noluit

noluit nobis enunciare. Hæc nos, impositis huic ree  
 (sicut mos est) manibus testamur. C. Satis explorata  
 res est. <sup>a</sup> Senatores sunt qui testificantur: & iidem  
 iudices. dubitari non potest. Plectatur capite, quem  
 admodum lex iubet. s v. <sup>b</sup> O Deus immortalis,  
 qui occulta nosti: qui omnia, etiam antè quàm facta  
 sint, perspicis: tu scis, ut hi falsum contra me testi-  
 monium dixerint. ac uides ut capite dem pœnas, cum  
 nihil eorum commiserim quæ isti contra me per ca-  
 lumniam maliciamq; commenti sunt. DVO SEN.  
 Non est mirandum, si turpissimum facinus inficia-  
 tur. Sed interim ducatur ad supplicium, ut hoc tam  
 detestabile facinus expietur, ne tam foeda in popu-  
 lo macula hereat. DA. At ego testor, me in huius  
 sanguinem nullo modo consentire. c. Quid nam  
 istud est, quod clamas tu? DA. <sup>c</sup> Ita ne stulti e-  
 stis, Israelitæ, ut neque quæstione habita, neque ue-  
 ritate comperta, Israelitædem condemnaueritis? Re-  
 uertimini in forum. Dico istos contra eam falsa ef-  
 se testatos. s B. Ergo tu sedes in medio nostrum,  
 & tuam nobis pronuncia sententiam, postquam  
 tibi senatus diuinitus datur. DA. <sup>d</sup> Sciungite pro-  
 eul alterum ab altero, ut eos examinem: Adducite  
 huc mihi istum. Vetule annis, ueterator malicia, nunc  
 tua te scelera petunt, quæ factitabas antea cum in-  
 fontibus condemnandis, fontibusq; absoluendis. ini-  
 qua iudicia faceres, <sup>e</sup> Iona innocentem & iustum  
 interfici

a Primati  
 temerè ci  
 solet.  
 b Oppr  
 calumiaj  
 ad Deum  
 fugiunt.

c Iudic  
 antequam  
 gnoueris,  
 ticia est.

d In testi  
 examinan  
 summa ac  
 benda car  
 est.  
 e Cum ta  
 Ioua uete  
 &c.

194 DIALOG. SACRORVM

interfici uetante. Nunc igitur, hanc si quidem uidisti,  
dic sub qua arbore congressos uideris. SE. Sub  
lentisco. DA. Probe in tuum caput mentitus es.

Iam enim Dei Genius, mandato ab illo accepto, di-  
scindet te medium. Amouete hunc, adducite huc alte-  
rum. Age<sup>s</sup> genus Chananeum, non Iudaeum, te uen-  
ustus decepit, tua tibi cupiditas mentem peruerit.

Ita uero agebatis cum Israelitidibus, qua praemeta  
in uestrum congressum ueniebant. Sed non Iudae  
proles uestram nequitiam sustinuit. Age igitur, sub  
qua illos arbore congressos deprehendisti SE. Sub  
ilice. DA. Tu quoque probe in tuum caput men-  
titus es: unq; praesto est Dei Genius cum ense, qui  
te medium dissecet, amboq; perdat. c. O Dei bo-  
nitatem immensam, a quo nunquam deseryuntur, qui  
in eorum fiduciam suam collocarunt. Abripimus ad ne-  
cem hos nequissimos & improbissimos uetulos, ut  
ex lege eadem poena plectantur, quam innocenti mo-  
liebantur.

SENTENTIA.

Impii peccata peccatis tegere uolunt. De-  
us innocentium preces exaudit. Impij in fo-  
ueam cadent, quam pijs excauarunt.

CHALDAEI. Dan. 2.

ARGV-